

1851

C O D I C E S

1852

tra omnes. Quo magis mirum, nullam ejus mentionem fieri in *Annalibus Ordinis Min.* Nolis tamen aut joculari cum eo, aut ferius esse; dum enim joculari, cantat: *Ecce luther martinus rudelius Rudis rudior Rudissimus Johannis de manswelt Rudelij filius;* dum ferius est, *Lipsienses* Doctores increpat, quod tamdiu *Martinum lutherum* non occiderint. Vide *fol. 14.* et *172.*

CCCCLXVI.

⁶²⁷ Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 288. 4. Congeries est variorum Scriptorum ad Controversias Religiosas hoc Seculo agitatae pertinentium, maximeque contra *Caroli V.* Formulam dictam *Interim* directorum, quae perlustrabimus. I. *Caroli V.* Mandatum germ. ad Episcopum *Ratispon.* qui tunc erat *Georgius a Papenheim,* ut referat, qua ratione *Interim* in ejus Dioecesi observetur, et urgeat observantiam. *Geben in vnser Statt Brussel in Brabandt den 12. Octobris. Anno 1548. vnser Keiserthumb im 28. Jare. L. d.*

II. *fol. 3.* Ejusdem Mandatum germ. de observando *Interim* ad Statum Equestrem Districtus dicti *am Kocher,* fluvium *Sueviae.* *Geben in vnser vnd des Reiches Stat Augspurg &c. 17. Julii 1548. Imperii 28. Regnorum 33. Subscripti Carolus. A. Perrenot. Jo. Obenbürger.*

III. *fol. 5.* Anonymi Scriptum germ. contra *Interim,* quod praenotatur: *Vermanung dem volck des Interims von irer opfermesse für zu lesen.* et incipit: *Ir geliebten in Christo Jesu vnserm Hern, In disem heiligen Ampt &c.* Contra *Missae Sacrificium* potissimum pugnat, et hic e typo descriptum dicitur.

IV. *fol. 11.* Aliud titulo: *Das Interim Illuminiret vnd aufgestrichen mit seinen angebornen natürlichen farben &c.* et: *Von Interim ein Judicium.* Autoris nomen indicatur his literis *L. R. C. A.* Initium est: *Vom Interim zu schreyben ist sorglich vnd mislich &c.* Coloribus sex causticis adumbratur *Formula Carolina.* Ad calcem: *Datum Augspurg Sonnabents nach Jacobi Apostoli. Anno 1548.* Adfunt Notae marginales, totumque iterum e typo descriptum adseritur.

V. *fol. 19.* *Wittebergensium* quorundam Exceptiones contra *Interim* germ. *Ettlicher von Witteberg bedencken auff das Interim.* Initium: *Erstlich das man für gibt, wie die Principal vnd hauptartickel &c.* Percurruntur Capita de Iustificatione, Ecclesia, Sacramentis, Confessione, Satisfactione &c.

VI. *fol. 31.* *Wittebergensium* et *Lipsiensium* Consilium contra *Interim* germanice: *Ratschlag der Hochgelertten zu Witteberg vnd zu Leiptzig, das das Interim keins wegs, keim Christen anzunemen sey. 1548.* Initium: *Vnns*

1853

P O L E M I C I.

1854

Vnns ist die vorrede, die neulich für das buech ist gemacht, nit zugestellt &c. Methodus, ut in Opusculo priore. Ad calcem subscribuntur: Den 18 Junij 1548. Johan. Pomeranus Doctor. Georgius Maior Doctor. Caspar Creutziger D. M. Philippus Melanthon.

VII. fol. 48. Consilium pium de causa religionis Interim. Additum alia manu: Viti Theodori. Scriptum moderatum germanicum e praecedentium tamen sententia. Incipit: Gottes gnad vnd trost zuuor, fürsichtige Erbare vnnnd weyse herrn. Ich hab vernommen aus anzeigen N. N. &c. Ad Ratisbonenses directum patet e subscriptione: Ad Augustam Tiberij. 1548. Ortholpbi Theo. quem Ortholpbum an eundem cum Vito putem, haereo. Mox ab ingressu memorat Autor, se olim ad reformandam Ratisbonensem Ecclesiam adhibitum fuisse.

VIII. fol. 54. Job. Brentii Exceptiones contra Interim germ. Bedencken H. J. Brentzij auff das Interim. Initium: In dem ersten furtrag vnd hernach in dem Rathschlag &c. In eundem cum prioribus sensum. Redeunt Cod. CCCCLXXXIII.

IX. fol. 65. Magdeburgensium Libellus ad Caesarem contra Interim germ. Titulus: Einer Christlichen statt vndertheinig antwort auff das von K. M. vberschickt Interim, vnd ein radtschlag der predicanten der selben stadt. 1548. Initium: Aller durchbleichtigster &c. Was E. R. K. M. der Re-

ligion halb (nemlich wer es ettelich gelerter mainung &c.

X. fol. 68. Anonymi Lutherani Exhortatio ad illos, qui Religionis ergo infestantur, germ. Titulus: Ein kurtzer trost vnd vnterricht deren, so umb das heilig Euangelij der warheit, vnd der rechten lere willen in gefar vnd leiden komen. Initium: Johan. 15. vnd 16. verkündt der herr seinen Jungern &c. Agitur de Iustificatione, Sacramentis, Ecclesia &c. nomenque Autoris, ni fallor, ad calcem his literis indicatur: D. H. N. 1548. D. Hier. Noppius.

XI. fol. 116. Formula Revocationis Pastoribus Lutheranis proposita germ. ironica, ut videtur; incipit enim: Ich N. Narr unwirdiger Priester, et mox Pontifex sanctissimus Antichristus adpellatur. Titulus huic Formulae praepositus longe aliud promittit; nam ita legas: Von der Messe vnd irem Canon Magistri Joannis Agricola Eisleben lehr vnnnd schrift, welche er auff dem Reichstag zu speier in der epistel zu den Coloffern gepredigt, vnnnd folgent Anno 1527. zu witteberg im druckb offentlich bat aufsgebn lassen, dem Interim so er jertzunt bat helfen stellen, gantz entgegen, daraus sein geist zuuermercken. Qua ratione id factum, ignoro.

XII. fol. 120. Exemplum aliud Libelli Magdeburgensium N. IX. relati. Praeedit tamen hic Consilium contra Interim eidem Civitati a quodam Pastore Anony-

1855

C O D I C E S

1856

mo datum, quod insit: *Ernue-
ste* — das buch des Interims vns
von E. F. W. zugestellt hab ich
auch mit fleiß vbersehen &c.
Utrumque ex Impresso trans-
scriptum dicitur.

XIII. fol. 128. Aliud Judi-
cium quorundam Pastorum Urbis
N. contra *Interim* germ. hoc ini-
tio: *Vorsichtige* — *Nachdem E.
F. W. vns das Interim zuuerle-
sen, vnd was darinnen der gewis-
sen halben vnschedlich zuthuen be-
funden werden &c.* Ad calcem
Annus 1548. Urbs videtur *No-
rimberga*.

XIV. fol. 134. *Job. Herman-
ni* Censura Formulae *Interim*
germ. inscripta: *Das man in di-
sen geschwinden Leufften dem
Teuffel vnd Antichrist zugefallen
nichts solt in den Kirchen Gottes
endern.* Incipit: *Es darf nit wort,
die alt schlang mit iren Kindern
ist sehr listig &c.* *Απογοαφον* Im-
pressi, ut notatur, sine mutilum.
Theologus *Wittebergensis* erat
Autor, sibi que *Itali* nomen ad-
sciverat.

XV. fol. 138. *Nic. Medleri*
Sermo in *Lucae* C. 14. de Hy-
dropico contra *Interim*. Inci-
pit: *Ich acht niemant mer zu vn-
sern Zeiten so vnuerstendig, der
da nit wußt, was für ein spaltung
ietz in der Religion were &c.* Ha-
bitus *Brunsvici* 1548. ut liquet
ex Autoris Vita, quam *Joche-
rus* compendio refert.

XVI. fol. 148. *Hier. Noppii*
Trias Epistolarum consolatoria-
rum germ. Prima ad Amicum
incipit: *Das ir an mich so einen*

*fraidigen vnnnd frutlichen briue ge-
schriben habt &c.* Laus urbis
Magdeburgensis ob rejectum *In-
terim*, libenter se illi sacrum mi-
nisterium addicturum, sed reti-
neri haecenus a Principe, a quo
e faucibus Leonis ereptus fuisset,
Argentineses valde urgeri ab
Episcopo ad recipiendum *Inte-
rim*, occupatam a Rege (Ferdin-
ando) *Constantiam* amotis Prae-
conibus, *Wirtembergicum* et *Ul-
menses* succubuisse Formulae. Al-
terius *Epistolae* ad nescio quam
Ecclesiam datae initium: *Wir
wundern vnns Jetzundt vnd thuet
vns wehe hertzlich &c.* Hortatur
ad tolerantiam etiam in eum
eventum, quo privandi forent
publica Verbi Dei praedicatione,
ad lectionem et orationem
privatam, ad spem in Deo lo-
candam. Initium *Epistolae* ter-
tiae ad Privatum quendam, qui
ei significarat sua dubia de divi-
nitate S. Bibliorum, veroque eo-
rum intellectu: *Das ewig wort
gottes vnnsers him. vatters we-
lichs zu diser zeit mensch ist wor-
den &c.* Meminit *Noppii* hujus
paucis *Lexicon Univ. Lips.* ex
Ephemeridib. dictis *unschuldige
Nachricht.* an. 1708. quibus ta-
men *Epistolae* nostrae ignotae
fuisse videntur.

XVII. fol. 162. Responsum
Civitatis (ut dicitur) *Christia-
nae* ad Caesarem contra *Interim*.
Additum alia manu in margi-
ne *Regenspurg.* Verum idem
Exemplar est, quod N. IX. et
XII. ad *Magdeburgenses* relatum
fuit.

XVIII.

1857

P O L E M I C I.

1858

XVIII. fol. 166. *Job. Agricolae dicti Islebii* five *Schnitter* Epistola seu potius Tractatus ad *Wolfgangum ab Affenstein* Equitem, Consiliarium Palat. et variis Legationibus clarum germ. Incipit: *Edler — Nachdem itzundt auf disem Reichstag 1548. zu Augspurg, abermals wege vnnd Mittl zugetragen &c.* Requisitus ab *Affensteinio* Concordiae media proponit, postquam, ut ait, omnibus Conventibus et Aetis ab a. 1525. ad a. 1548. interfuisse, quae et succincte percurrit, Protestantium Quereles enumerat, iis satisfacere nititur et sic Formulam *Interim* adumbrat. Ad calcem subnequit Schema Adhortationis ante Communionem ad Fideles habendae. Nescio, an hanc non levis momenti Epistolam *Kusterus* aut *Kappius* inter *Agricolae* Scripta referat, in *Joecheri* Lexico ab *Adelungio* continuato certe desideratur.

XIX. fol. 184. *Magdeburgensium* Querelae publice datae, postquam a. 1550. illorum Copiae a Copiis *Georgii Meklenburgici*, quae *Wanslebius* exuferant, ad *Wolmerstadium* caesae fuissent. Initium: *Gottes gnad — Allen vnsern geliebten bruedern in Christo vnd auch sonst meniglichen Thuen wir der Rat der Stadt N. vnsern disen bericht in warbeit &c.* Datae: *Mitwochen nach Michael. 1550.* Summa inde Capita repraesentat *Sleidanus* L. XXII.

XX. fol. 190. *Responsum Job. Friderici Sax. Ducis* pro se, filiisque suis *Carolo V.* e captivitate datum contra Formulam *Interim* germ. inscriptum: *Hertzog Jobannsen Friderichenn von Sachsen antwortt so Er für sich vnd seine Sonne halben der Rö. khey. Mt des Interimbs halben gethan haben.* Incipit: *Ich hab in Vndertbenigkheit angehört was die Rö. Kay. Mt mein allergnedigester Herr mir meinen freundlichen lieben Sönen halben, durch derselben Irer Mt Rath Herr Hainrich Hasenn haben anzeigen lassen &c.* Detrectat pro se, Filiisque acceptationem memoratae Formulae. Notae chronologicae absunt.

XXI. fol. 193. Anonymi Lutherani Judicium, quo Formula *Interim* damnatur. Titulus germ. est: *Ein Einfeltig Bedencken aus H. Schrift, ob man in vnsern kirchen mit guetem gewissen Einicherley enderung thuen möge.* Initium vero: *Erstlich ist zu merckben, das vnser lieber herr Jesus Christus Ime ein kirchen oder gemein &c.* Scriptum sat moderatum.

XXII. fol. 204. Orationis Dominicae, Salutationis Angelicae aliarumque Precum et Sententiarum Biblicarum *Παροδια* profanissima contra Pontificem Rom. germ. hoc initio: *Bapst vatter aller verlaugneten christen, Geschendt werdt dein verfluechter name &c.* Ingenium frustra quaeras.

XXIII.

1859

C O D I C E S

1860

XXIII. fol. 208. *Wittebergensis* Academiae Testimonium de Moribus et Literis a. 1543. 15. Octobr. datum Hieronymo Noppio, dum ad ministerium Ecclesiae Ratisbon. evocaretur. Inter alia mirum commendationis genus: *Quanquam autem, ut natura eius est capax omnium artium, magnam et foeliciter didicerit philosophiae partem, attamen quia vere et toto pectore sentit humanum genus non esse casu ortum, sed a Deo conditum &c.* Acti aliud doceret sana Philosophia.

XXIV. fol. 210. *Hier. Noppii* Epistola ad Amicum, qua Vaticinia quaedam Apocalyptica exponit, numerumque Bestiae videlicet DCLXVI. in Pontificis Rom. nomine reperit. Additur Epistolae Crisis Libelli *Lipsiensis*, quo contendebatur: *Adiaphora* recte institui posse in Ecclesiis, nec posse Ministros Ecclesiarum suas potius deferere, quam ea recipere.

XXV. fol. 222. Alia Ejusdem Epistola ad Amicum, qua respondetur ad binas Quaestiones: I. an in defectu Ministri Protestantis Baptismus possit peti a Catholico? II. an eadem sit S. Caenae ratio? Primum adfirmatur, negatur alterum. Dein iudicium fertur de *Job. Pffessingeri* Libello et aliis, quae ad sic dictum *Interim adiaphoristicum Lipsiense* pertinent. Finis: *Nou nunc nihil hic habemus, nisi quod narrant Marchionem Albertum (IV. Brandeb.) auxilio profectum*

Duci Mauricio (Sax.) cum quadringentis equitibus. Bene vale cum familia et amicis omnibus. E Patria (qua?) postridie Nonas aprilis. Anno incarnationis dominicae. 1551.

XXVI. fol. 233. Ejusdem *Juditium de Adiaphoris*. Epistola est, quae inquit: *Scripti semel atque iterum congruere, ut sua iudicia fideles per verbum dei confirmant &c.* Contendit *Noppius*: potuisse *Adiaphora* isto tempore et isto rerum statu recte institui et fieri eorum in templis mutatio, si, ut ait, *qualis debuit, addita fuisset confessio*. Notae chronologicae desunt. En itaque plura ad *Hier. Noppii* res facientia in hoc Codice, quem *Virum Joecheri Lexicon* omisit, *Universale Lipsiense* obiter adigit.

XXVII. fol. 240. *Epistola N. Ga. ad E. Elonem. Nicolaum Gallum Cothenum* puta, qui cum aliis Ministris Ratisbon. ob *Interim* stationem deseruit a 1548. cujus consilii eum in his Literis poenitet, quod fortassis martyrium, *rubrum pileum Evangelici doctoratus*, neglexisset, quem *honorem toties frustra ambiit sanctis. ac fideliss. in opere domini propheta germaniae Lutherus*; Verum solatur se *Athenasi* exemplo. Formulam *Interim* adpellat *Idolum Caesaris*, non minus *Lipsico Decreto* infensus. Initium: *Quod nihil bac tenus ad te literarum dedi Reuerende Vir &c.* Ad calcem: 8. *Augusti 1550. Magdeburgo*, ut videtur.

XXVIII.

1861

P O L E M I C I.

1862

XXVIII. fol. 242. *Testimonium Magist. Nicolai Galli.* Dum ad Munus Diaconi in Ecclesia *Ratisbon.* vocaretur, datum A. 1543. a Pastore Ecclesiae *Vuitenbergensis* et ceteris Ministris, nominatim vero a *Mart. Luthe-ro*, *Joan. Pomerano*, et *Casp. Creutziger DD.* Initium: *Verfatus est in scola ecclesiae nostrae Decennium Nicolaus Gallus Contensis &c.* Inter alia: *Legimus Lu: Cyreneum discipulum apostolorum initio ad danubium in Augusta Tiberina, ex cujus reliquiis Ratisbona condita est, Euangelium docuisse. Tam Veterem ecclesiam instaurari et repurgari gaudeamus &c.*

XXIX. fol. 244. *Joach. Westphali*, ut e calce patet, Praeloquium ad Libellum, quod incipit: *Controuersia de abrogatis Ceremonijs hoc tempore instaurandis nihil habet perplexi &c.* Pollicetur in hoc Praeloquio: *formis dialecticis nude proponere ob oculos rationes et argumenta alterius partis, quae seruitutem in ceremonijs improbat, ut ostenderet, sententiam de reiectis ceremonijs perspicuam et facilem esse ad diiudicandum.* Ni fallor, Praeloquium istud ad eum Libellum pertinet, quem Vir hic πολυγραφος a. 1549. *Magdeburgi* edidit inscriptum: *Brevis Comprehensio*

Argumentorum adversus seruitutem in ceremonijs papisticam, quae ibi eodem anno etiam germanice lucem vidit.

XXX. fol. 246. *Brevis Relatio de obitu Mart. Lutheri* cum ejus *Elogio* et enixo voto, ut *Deus Papam, reliquasque Sectas* mox in abyssum infernalem praecipites eicere velit, germanice. Initium: *Anno domini 1546. Jar den achtzebenden tag des Monats februarij ungeuerlich nabent umb drej Vr zu morgens &c.* *Hominis indocti conatus.*

XXXI. fol. 248. *Ulrici Ducis Wirtembergici* *Decretum Germ. de promulgando Interim*, datum: *Vrach 19. Julij 1548.* Initium: *Als die Ro. key. M. vnser allergn. herr vns kurtz vergangenen tagen &c.* Adjuncta est *Sigismundi Praefecti (Obervogt) Tubingani* ulterior *Promulgatio* data 22. Jul. ejusd. anni, *per scribam oppidi.*

XXXII. fol. 250. *Versiculi quidam Rbede Interemiste Islebij Affixi: Cum Fene cum suo principe Electore fuisset.* *Dirae elegiacae in Job. Agricola* dictum a Patria *Islebium*, qui in condenda *Formula Interim Jul. Pflugio* et *Mich. Sidonio* operam junxerat, et *Joachimi Brandeb. Ecclesiaften* agebat. Incipiunt:

Ergo etiam nostras tristissima pestis ad oras,

Ergo Draco Sathana concomitante venis &c.

et, ut videtur, *Job. Stigelium Gothanum* tunc *Fenae* *Poednis Codd. Theol. V. I. P. II.*

ticen profitentem autorem habent.

T t

XXXIII.

1863

C O D I C E S

1864

XXXIII. fol. 251. Narratio germanica nota τὸ Συμπόσιον a *Luthero* instituti, in quo praedicatus *Agricola*, *Luthero* frustra exemplum praeunte, Poculum tribus circulis distinctum non ultra primum circulum ficcare valuit, Modimperatore mox, quid istud portenderet, explicante. Ad calcem latine subditur: *Hec vi-*

*Ergo te rursus ferient, pusille
Grex! novi fluctus super imminentes,
Aether et totus tibi iam minatur
Fulminis ictum &c.*

Ad Formulam *Interim* adludi, palam est. Non sunt ad manum *Stigelii* Carmina Libris IX. a *Fincelio Jenae* 1571. edita, inter quae fortassis et nostrum occurrit.

XXXV. fol. 254. *Hieron. Paumgartneri Norici ad L. D. Joan. Agricola* m eisleb. epistola. Data *Noriberge*. 15. Julij. 1548. Itaque post publicatum *Interim*, de quo in Epistola: *Hodie in omnibus templis per Ecclesiasticos nostros precipue Osiandrum* (Andr. qui tamen anno sequente in Prussiam abiit) *Cesaris clementia et consilium de parata* (sic) *ecclesia probata est, incredibili totius populi applausu et gratulatione, cum antea longe aliud metuerit magna pars Urbis*. Epistolae initium: *Retulimus hodie ad senatum de ijs, quae hoc biduo per te apud nos acta sunt &c.* Nescio, an ullibi typis consignata.

XXXVI. fol. 255. *Joh. Agricola* Epistola: *Integerrimo atque*

dit Spangenbergius et assignavit in Bibliam eius. An loco sat congruo, Lectoris iudicium esto.

XXXIV. fol. 252. Ode *Sapphica* non inelegans, quae Coetum *Lutheranum* sub schemate gregis de raptō Pastore solatur, ejus adversis ingemiscit, eique fiduciam in Deum commendat. Incipit porro:

doctiss. viro magna pietate et eruditione predito D. Casp. Glatio Theologiae doctori et Parocho in artemunda D. et amico Veteri itaque fidelissimo. Laus et Commendatio Formulæ *Interim*, per quam *conseruari et sanari Ecclesiam et reuocari jam ad veterem puritatem* ait. Laus *Caesaris*. Sub finem: *Aquilam* (Casp.) hominem alioqui durum et stoicum eo deduxi cum multis aliis in illa professione ut sint equissimi *Cesari*. Hac spe falsum fuisse *Agricola* oportet; *Aquilam* enim *Caesaris* indignationem veritum aliquamdiu latere debuisse memorant, qui de eo tradidere. Epistola notis chronologicis destituta est.

XXXVII. fol. 256. *Gasp. Creutziger* Collationes. Initium: *Tandem de summa rei singulos statuere necesse est. Carolus novam formam vult constituere et constituit dissentientem a nostra in aliquibus articulis magni momenti. Vult uideri medium quaerere inter*

1865

P O L E M I C I.

1866

inter papistica et Lutherana. Hanc formam uolumus ne amplecti et adiuuare, an uero nos ab ea seiungere. Expenduntur deinceps rationes in utramque partem, et aduersis acceditur.

XXXVIII. fol. 258. *Epigrammata in Juris Canonici Incendium Heliodori Alexicaci. Quasi dicas Propulsantis Mala. Notum ex Historia, Lutherum a. 1520. ante Portas Wittebergae cum quibusdam Eccii, Emserique Scrip-*

*Scilicet ut uarijs tu semper in æthera pennis
Sic etiam ad superos nunc leuis inde uolas
Grata favilla Deo &c.*

Scazon praeplicet, quorum unus *Epitaphium*, alter *In Papam ridicule circumuectum nuper in Bacchanalibus Ludis* inscribitur, quo etiam *Eccius, Emserus* et *Mota*, uidelicet *Petrus Ep. Palentinus*, de quo *Alv. Gomecius L. VI. de Vita Franc. Card. Ximenii Hisp. illustr. T. I. p. 1107.*

*Lutherus magnum, iusta ratione, per orbem
Multa dedit multis discutienda uiris &c.*

XXXIX. fol. 264. *Comparatio 72. Discipulorum Christi cum totidem Ordinibus Ecclesiae Rom. five, ut ait Noster, Antichristi, cum variis Versiculis vernaculis injuriis in Pontificem, levis momenti.*

XL. fol. 268. *Aula Caesariae consideranda hoc tempore. Additur in margine: Georgij Vice-lij, et ad calcem: Anno 1549. men: Julij. Geor. Vicelius. Theo-*

tis etiam Juris Canonici Libros igne aboleuisse, totusque Scenae adparatus describitur in Struvii Biblioth. Libb. rarior. Theca I. p. 135. Jenae 1719. 4. Non defuisse celebrando Eventui, ut genus irritabile est, Vates, praefens docet Συλλογη acerbarum cum in Jus Can. tum in Leonem X. Inuestivarum partim Distichis, partim Scazoni inclusarum. Numero sunt XIV. non unius, ut putem, ingenii. Primum incipit:

videri potest, atro sale perfri- cantur. Postremus Semigræculus, Semijudaeus, Sycophanta, Semitrinumus audit. Adhaeret Elegia longior: An Doct. Martinus Lutherus uel iusta ratione, uel temeritate reformationis tragediam mouerit, cujus initium:

Maximus scripsit. Quae verba ab infesto Librario addita totius Scripti fidem dubiam reddunt. Incipit illud: Ineuitabili necessitate urgetur Caesarea maiestas, ut quod foeliciter coepit, foelicissime absoluat, et nisi perficiat, nisi instet ac finem seditionibus Hereticorum imponat, erunt nouissima peiora Protestantium Provinciae, eorumque consilia atro carbone notan-

1867

CODICES

1868

tur, Brentius, Bernb. Zieglerus, Magdeburgum, Brema, Jonas, Amsdorfius, Melanchthon vapulant, exaggeraturque odium, quo Lutherani in Carolum ferantur. De Margaretha de Sala legas: *Inter Hessitas Vxor sinistra (ita enim pellex Spangenbergia vulgo vocatur) nunquam regnavit ambitiosus.*

XL. fol. 272. Philippi Melanchthonis Epistola ad Christoph. de Carlwitz Consiliar. Electoris Saxoniae data 4. Calend. Maji anno 1548. in qua nota animi moderatione iudicium suum de Caroli V. Formula exponit, Lutherique φιλοεικίαν obiter tangit. Incipit: *Cum de beneficio Illustrissimi Principis Electoris &c. et legitur in Collect. Epistolar. Lugd. Bat. 1647. p. 20. 8. Sub finem, ubi ait Melanchthon: Consiliis de bello nunquam adhibitus fui, Noster interferit: Magdeburgensi.*

XLII. fol. 277. Censura Pontificis super Interim. 48. Ita quidem foris adscriptum; verum videntur potius Stricturae in Articulos quosdam ab Electoribus et Statibus Protestantium propositos. Tale enim initium: *In Responsione Electorum. I. Inauditum est quod ordinatus presbyter uxorem ducat et sacrum officium administret &c. Puneta sunt XII.*

XLIII. fol. 279. 12. Propositiones. In margine: *Gasp. Huberinus. Fuit is Ecclesiastes Augustanus, mortuus a. 1553.*

His Propositionibus, quarum initium: *Cæsar non est Ethnicus aut Turca, sed Christianus Imperator &c. adprobat Formulam Interim.*

XLIV. fol. 281. Conficti Tituli Joh. Friderici et Mauriti Saxonom, quorum prior Gratia dei electus &c. alter Gratia diaboli elixus & quae sunt ejusmodi frivola, nuncupatur. Adhaerent Articuli VI. germanici, inscripti: *Conclusio Sinodi Ratisbo: 49. quibus jubentur Parochi Lutheri doctrinam recantare, Poenam injungendam et absolutionem a Legato Pontif. praestolari, Libros Lutheranos Episcopo tradere, Uxores et Proles amandare &c. Subjicitur nomen Georgii Zorn a Buelach eq. Aura. qui eo tempore Neoburgi in Palat. Gubernator erat, et 1567. obiit.*

XLV. fol. 283. Nicolai Galili, cujus nomen in margine comparet, iudicium contra Interim germ. inscriptum: *Ein Ratschlag eines predicantes einer Christlichen Statt (in marg. Regenspurg) 1548. auf das Interim. Incipit: Ermuefte — das Buech des Interims vns von E. F. W. zuegestelt hab ich auch mit vleiss vbersehen &c.*

XLVI. fol. 287. Pasquillus et Scholaasticus. Dialogus Satiricus de Interim ad imitationem Donati Grammatici, cujus initium: *Pas. Interim quae pars? Scho. Aduerbiium. Pas. quid est aduerbiium? Scho. est Verbum Satanae coniunctum cum verbo*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11603

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1869

P O L E M I C I

1870

verbo dei ad decipiendas animas et stabiliendam idolatriam Antichristi et confirmandam Tyrannidem. &c.

En itaque Codicem Documentis ad Historiam Eccl. Germaniae Sec. XVI. facientibus refertum, ejusque Indagatoribus non neglegendum!

CCCCLXVII.

Codex chartaceus germ. Sec. 158 XVI. Folior. 46. f. continet I. *Lutheranorum* impugnationem rhythmis irata Minerva adstrictam ad *Fridericum Nauseam* Episcopum Vienn. Autore anonymo, qui se *fratrem Bobemicum* adpellat. Inscriptio:

Dem Hochwürdigem in Goth herr H. Friderich Byschoff zu Wyben von goth fürsehn genediglich Ein rechte Fürstande aus Heilliger schrift Wider Luttherisch Seckten vffs kurczte gericht Gezogen aus alden vnd Nawen Testamenth Den bestendigen Christen zw Trosth gesenth.

Non sic Impij. non sic, Sp. 1. Der Behmische Bruder. 1548. Neque tenebo Lectorem, si addidero, subjunctam esse Cantilenam ejusdem furfuris: Ein Lied wider Martinum Lutthern.

II. fol. 34. Scriptum contra Formulam Religionis dictam *Interim* a *Carolo V.* in Comitibus *Augustan.* 1548. publicatam hoc titulo: *Welcher massen das Interim den Christlichen ständen augspurgischer Confession ist vorgeben vnd aufferlegt.* Huic titulo alia manu impositum est: *Mart. Bucer.* Rejectam fuisse ab hoc *Viro* praedictam Formulam testis est *Sleidanus L. XX. p. 625.* calamo vero etiam impetitam *Bibliotheca Gesneri*, quae inter *Buceri* Vernacula nondum edita censet Scripta quaedam de *Interimistico negotio.* Facile igitur praefens hoc nostrum eo pertinere

potest, viderique *ἀπολογαφον.* Praemittuntur §§. *Formulae 7. 8.* et *9.* inque eos *Commentatio* instituitur. Succedit dein *impugnatio* ipsorum *Articulorum* sic inscripta: *Was die Ratgeben und Ansteller des Interims den Christen ongleublichs vnd ontraglichs in das Interim gesetzt haben.* Denique *Articulus XII. Von Ceremonien vnd gebrauch der Sacramenten*, per partes descriptus, notisque ad partes singulas stipatus est. Clausula Scripti totius: *Er gebe gnad vnd bilff, vnd bleybe bey vns, dan der abent ist nach. Amen. Amen.*

Conjectum est praeterea in hunc Codicem folium unum, in quo scriptum est primo *Carmen Johannis Stigelij in Islebium interimistam curruj adfixum*, cum pertransiret oppidum *Jenam.* *Islebius* hic *Johannes Agricola* est *Aulae*

T t 3

Bran-